



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

65. Quoties Passionis Dominicæ recordatur, toties Iycrymatur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

V.

AMATOR CRUCIFIXI

quoties Passionis Dominica recordatur.
toties lacrymatur.

65.

DANIEL Ordinis Cisterciensis religiosus, Sacerdos, homo simplex & illustratus, vitæ satis duræ, orationibus & ieiunijs infatigabiliter operam dabat in Monasterio Hemmenrode. Is, quoniam Dominus inuenitur ab ijs, qui in simplicitate cordis quærunt illū, & apparet ijs, qui fidem habent in illum, ut dicitur Sapientiæ i. multas reuelationes habuit, multa vidit, sed pauca manifestauit; confessus est tamen tribus vicibus sibi Dominum apparuisse. Primò in CRUCE ante gradum presbyterij. Secundò, in candidis vestibus ante maius altare: Tertiò in igneâ formâ super altare.

DANIEL

Hemmen-

radius.

Anno

1220.

Et autem, cum Saluator diceret: Daniel pete à me quod vis, & fiet tibi, ille respondit; Domine, sufficit mihi gratia tua: nihil aliud à Te peto, nisi tantū, ut lacrymas habere possim, quoties PASSIONIS tuæ fuero recordatur. Et Dominus: habeas tibi hanc gratiam. Ab

Petitio lacrymarum.

illa

166 CHRISTVS CRVCFIXVS

illa horâ, quâdo de PASSIONE CHRISTI cogitare aut loqui cœpit, mox lacrymæ illi ex oculis eruperunt. An non is experientiâ didicit, quod CHRISTVS IESVS

Num. 20.

CRVCFIXVS sit Silex ille limpidissimus, qui aquas in deficientes filijs Israël mini-

1. Cor. 10.

stravit in deserto? Bibebant omnes de spiritali, consequente eos Petrâ: Petra autem erat CHRISTVS.

Casarius lib. 8 histor. memorab. cap. 10.

VI.

AMATOR CRVCFIXI

compassione, quam habet erga Christum Crucifixum, scindit duritiam cordis:

unde lacrymarum profusio.

66.

MOSES.

DE Mose legislatore canit Regius Vates: Percussit Petram & fluxerunt aqua: abierunt in sicco flumina Psalmo civ.

Typus Religiosi.

Moses, secundum sensum tropologicum, seu intellectum moralem, est AMATOR CRVCFIXI, maximè si sit Religiosus, quem Regis filia, id est, Gratia diuina, misericorditer tulit de flumine vitæ voluptuariæ huius mundi, & secularis (Moses enim ex Hebraica origine, idem est, quod abstractus, aut lubductus de aquis.)

Amatoris Crucifixi.

Virga
Mosis
Cruce.

Petra, cordis est duritia: Virga, Crux Dominica: percussio, Passionis Christi recor-